vide sub nro 1649. ✱ signo in ora pag. 1650.

Revor: Clarissime et Doctiss^e^ vir frater in Chro obser- 340
vande spero te Basileâ nunc reducem amplexurum
communem amicũ nrum D. Hausmannũ, q cum
sit rerũ omnium nostrarũ publicarũ et privatarum
callentissimus, in omnibus iis explere poterit desiderium
vestrum ita ut non opus sit scripto consignare, q presens
verbis melius poterit exprimere; etiam de iis q à Sereniss.
Pr. pro voto expectamus, et q fieri necesse judicamus,
in bonũ Reipub. Eccl. et veteris restituendæ Acade-
miæ. Expectabimus etiam ab eo q à te discet de statu
amicorũ nrorum Basileæ, in quo cor reliquisti; Et qd
deinceps speres de vro in antiqua hac musarũ sede.
Nos q nihil quicquam habemus quod in illud bonum
conferamus, saltem votis ad Deum et precibus intensis,
juvabimus conatus vestros et operam: Et occasione da-
ta libenter audiemus, quantum in restitutione Ecclarũ
et Academiæ per Dei benedictionem promoveatis.
Caetero à Dño Hausmanno audietis, et quo
in statu sim inchoato ætatis meæ ao LXXIX
quem si adhuc velit Deus progare, conabor tempus
illud n inutiliter terere, precibus vestris adjutus, q
frequenter meas ad illum benedictionũ omnium fonte
dirigam, ut opus suum apud vos inchoatum perficiat;
et laboribus vris abunde benedicat. Vale Vir Rev.
et frer amiciss^e^: Bredæ Brabantorũ prid: Non.
Quintil: CIↃIↃCL.

Tibi in Chro addictiss. frer.
Andreas Rivetus.

Salutem à Salutis Authore.

Reverende atque Clariss^e^ D. Tossane, presentium latorem 341.
tibi de meliore nota commendatũ fore, ob lras D. D. Wel-
sleinii nullus dubito, proinde ab ulteriore ejus commendatione
hic abstineo. Hoc unicum rogo, ut mihi rescribere digne-
ris, quem literæ meæ ad Sereniss^m^ Electorem eventũ
habuerint, et an ulla promovendi filiũ mei spes supersit.